

Corripit hinc subitâ trepidus formidine ferrum 290
 Æneas, strictamque aciem¹ venientibus offert;
 Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
 Admoneat volitare cavâ sub imagine formæ,
 Irruat, et frustra ferro diverberet umbras.
 Hinc via, Tartarei² quæ fert Acherontis ad undas : 295/
 Turbidus hic cœno vastâque voragine gurges
 Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
 Portitor has horrendus aquas et flumina servat
 Terribili squalore Charon, cui plurima mento
 Canities inculta jacet; stant lumina flammâ³; 300
 Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
 Ipse ratem conto⁴ subigit, velisque ministrat⁵,
 Et ferrugineâ subvectat corpora cymbâ⁶,
 Jam senior; sed cruda deo viridisque senectus
 Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat, 305
 Matres atque viri, defunctaque corpora⁷ vitâ
 Magnanimûm heroum, pueri innuptæque puellæ,
 Impositique rogis juvenes ante ora parentum.
 Quàm multa in silvis autumnî frigore primo
 Lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto 310
 Quàm multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
 Trans pontum fugat, et terris immittit⁸ apricis.
 Stabant orantes primi transmittere cursum,
 Tendebantque manus ripæ ulterioris amore :
 Navita sed tristis⁹ nunc hos, nunc accipit illos; 315
 Ast alios longè summotos arcet arenâ.
 Æneas (miratus enim, motusque tumultu)
 « Dic, ait, o virgo, quid vult concursus ad amnem?

¹ *Strictamque aciem*, y con la espada desenvainada sale á recibir los monstruos que venian á ellos. ² *Tartarei*, tartáreo, infernal. ³ *Stant lumina flammâ*, de sus ojos echa llamas de fuego. ⁴ *Conto*, con un varal. ⁵ *Velisque ministrat*, gobierna las velas. ⁶ *Ferrugined, cymbâ*, con una barca ó esquite de color de hierro, triste. ⁷ *Corpora*, las sombras ó sustancias incorpóreas. ⁸ *Terris immittit*, las arroja á los climas cálidos y las hace buscar tierras abrigadas, ó expuestas al sol (como el África). ⁹ *Navita tristis*, barquero inexplorable...

cueros, porque mandaba tres reinos, *Navita*, antonomasia por Caronte. ó las tres islas Baleares.

Quidve petunt animæ? vel quo discrimine ripas
 Hæ relinquunt, illæ remis vada livida verrunt? » 320
 Olli sic breviter fata est longæva sacerdos :
 « Anchisâ generate, deûm certissima proles,
 Cocytî stagna alta¹ vides. Stygiamque paludem,
 Di ejus jurare timent, et fallere numen.
 Hæc omnis, quàm cernis, inops inhumataque turba est: 325
 Portitor ille Charon : hi, quos vehit unda, sepulti.
 Nec ripas datur horrenda et rauca fluenta
 Transportare prius, quàm sedibus ossa quiêrunt.
 Centum errant annos², volitantque hæc littora circûm :
 Tum demum admissi stagna exoptata revisunt. » 330
 Constitit Anchisâ salus, et vestigia pressit,
 Multa putans³, sortemque animo miseratus iniquam.
 Cernit ibi mæstos, et mertis honore carentes,
 Leucaspim, et Lyciæ ductorem classis Orontem,
 Quos simul a Trojâ ventosa per æquora vectos 335
 Obruit Auster⁴, aquâ involvens navemque virosque
 Ecce gubernator⁵ sese Palinurus agebat,
 Qui Libycæ nuper cursu, dum sidera servat,
 Exciderat puppi, mediis effusus in undis.
 Hunc ubi vix multâ mæstum cognovit in umbrâ, 340
 Sic prior alloquitur : « Quis te, Palinure, deorum
 Eripuit nobis, medioque sub æquore mersit?
 Dic, age; namque mihi, fallax haud antè repertus,
 Hoc uno responso animum delusit Apollo,
 Qui fore te ponto incolumem, finesque canebat 345
 Venturum Ausonios. En hæc promissa fides est? »
 Ille autem « Neque te Phœbicortina⁶ fefellit,

¹ *Cocytî stagna alta*, el profundo rio Cocito. ² *Centum errant annos*, cien años andan vagando por aquí los que no han sido sepultados. ³ *Multa putans*, revolviendo en su fantasía mil cosas. ⁴ *Obruit Auster*, un viento sepultó y anegó en las aguas la nave y toda la tripulación. ⁵ *Ecce gubernator*, hé aquí que venia hácia él Palinuro, supiloto, que pocas horas antes pasando desde África á Italia habia caído al mar, embebecido en contemplar los astros. ⁶ *Phœbicortina*, el oráculo de Apolo...

Putans, por *repulans*.
Obruit Auster, véase la descripción de la tempestad, lib. 1, v. 117.

Cortina, es la tripode de Apolo, por Apolo. Melonimia, es continente por el contenido.

Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit.
 Namque gubernaculum multâ vi fortè revulsum¹,
 Cui datus hærebam custos, cursusque regebam, 350
 Præcipitans traxi mecum. Maria aspera juro
 Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
 Quàm tua ne, spoliata armis², excussa magistro,
 Deficeret tantis navis surgentibus undis.
 Tres Notus hibernas³ immensa per æquora noctes 355
 Vexit me violentus aquâ : vix lumine quarto⁴
 Prospexi Italiam, summâ sublimis ab undâ.
 Paulatim adnabam terræ; jam tuta tenebam,
 Ni gens crudelis madidâ cum veste gravatum,
 Prensantemque uncis manibus capita aspera⁵ montis, 360
 Ferro invasisset, prædamque ignara putasset.
 Nunc me fluctus habet, versantque in litore venti.
 Quòd te per cœli jucundum lumen et auras,
 Per genitorem, oro, per spem surgentis Iuli,
 Eripe me his, invictæ, malis; aut tu mihi terram 365
 Injice, namque potes; portusque require⁶ Velinos :
 Aut tu, si qua via est, si quam tibi diva creatrix
 Ostendit (neque enim, credo, sine numine divùm
 Flumina tanta paras, Stygiamque innare paludem),
 Da dextram misero, et tecum me tolle per undas, 370
 Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. »
 Talia fatus erat, cœpit cum talia vates⁷ :
 « Unde hæc, o Palinure, tibi tam dira cupido⁸?
 Tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum⁹

¹Revulsum, repatido con gran violencia el timon. ²Spoliata armis, sin gobernalle y sin piloto. ³Tres hibernas, tres noches tempestuosas. ⁴Lumine quarto, al cuarto día. ⁵Capita aspera, á la áspera cima. ⁶Portusque require, y vé á buscarme al puerto de Velia. ⁷Vates, la profetisa (esto es, la Sibila). ⁸Tam dira cupido, tan execrable deseo. ⁹Amnemque severum, y el triste lago...

Excussa magistro, conmutacion, esto es, unde magister excussus erat. Hibernas, se debe tomar por la tempestad. Ni gens crudelis, los moradores de Lucania. Montis, de una roca, por traslacion

á la cima de un peñasco escarpado. Velinos, Velia eu las playas de la Lucania ó Basilicata, provincia del reino de Nápoles. Amnemque, la laguna Estigia, ó el rio Cocito.

Eumenidum¹ aspicias, ripamve injussus abibis? 375
 Desine fata deùm flecti sperare precando
 Sed cape dicta memor, duri solatia casus :
 Nam tua finitimi, longè latèque per urbes
 Prodigis acti cœlestibus², ossa piabunt,
 Et statuere tumulum, et tumulo solemnia mittent, 380
 Æternumque locus Palinuri nomen habebit. »
 His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
 Corde dolor tristi : gaudet cognomine terra³.
 Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant
 Navita quos jam inde ut Stygiâ prospexit ab undâ 385
 Per tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ;
 Sic prior aggreditur dictis, atque increpat ultro :
 « Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
 Fare, age, quid venias; jam istinc⁴ et comprime gressum.
 Umbrarum hic locus est, Somni, Noctisque soporæ; 390
 Corpora viva nefas Stygiâ vectare carinâ.
 Nec verò Alciden⁵ me sum⁶ lætatus cuntem
 Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumque⁷,
 Dis quanquam geniti⁸, atque invicti viribus essent.
 Tartareum ille⁹ manu custodem¹⁰ in vincla petivit, 395
 Ipsius a solio regis¹¹ traxitque trementem;
 Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. »

¹Eumenidum, al rededor del cual habitan las furias del infierno. ²Prodigiis acti cœlestibus, movidos de los prodigios del cielo. ³Gaudet cognomine terra, hoy día conserva esta tierra su nombre; otros, Palinuro se alegra de que esta tierra tenga su mismo nombre. ⁴Jam istinc, desde ahí donde estás. ⁵Alciden, Hércules. ⁶Nec verò sum, y no me dió ningun gusto, ó no me trajo ningun provecho el pasar Hércules la languna. ⁷Thesea Pirithoumque, á Teseo y Piritoo. ⁸Dis geniti, hijos de dioses. ⁹Ille, Hércules. ¹⁰Tartareum custodem, el guarda del infierno. ¹¹A solio regis, del trono real ; mejor, del real palacio. Regis, Pluton...

Prodigiis, tórnase la historia, porque molestados los Lucanos de una epidemia consultaron al oráculo. Este les respondió que debían aplacar los manes de Palinuro, á quien habian muerto cruelmente. Por eso le consagraron un bosque, y erigieron un cenotafio ó sepulcro vacío. Navita, por nauta, el barquero Caron ó Caronte.

Nec verò, porque, segun dicen, en pena de haberle pasado estuvo un año entero aprisionado con grillos. Custodem, este era el Can Cerbero. A solio, del reino, la parte por el todo : sinédoque. Hi dominam Ditis, Teseo y Piritoo, que emprendieron robar á la señora del infierno, esto es, á la mujer de Pluton, Proserpina.

Quæ contra breviter fata est Amphraysia vates ¹ :
 « Nullæ hic insidiæ tales; absiste moveri :
 Nec vim tela ferunt : licet ² ingens janitor antro
 400 Æternum latrans exsanguis terreat umbras,
 Casta licet patrui servet Proserpina limen.
 Troius Æneas, pietate insignis et armis,
 Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.
 Si te nulla movet tantæ pietatis imago,
 405 At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)
 Agnoscas. » Tumida ex irâ tum corda residunt.
 Nec plura his; ille, admirans venerabile donum
 Fatalis virgæ ³ longo post tempore visum,
 Cæreuleam advertit puppim, ripæque propinquat.
 410 Inde alias animas, quæ per juga ⁴ longa sedebant,
 Deturbat, laxatque foros ⁵ : simul accipit alveo ⁶
 Ingentem Æneam ⁷ : gemuit sub pondere cymba
 Sutilis ⁸, et multam accipit rimosa paludem ⁹.
 Tandem trans fluvium incolumes vatemque virumque
 415 Informi ¹⁰ limo glaucâque exponit in ulvâ.
 Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
 Personat, adverso recubans immanis in antro.
 Cui vates, horrere videns jam colla colubris ¹¹,
 420 Melle soporatam ¹² et medicatis frugibus offam

¹ *Amphraysia vates*, la profetisa Anfrisia ó de Apolo. ² *Licet*, bien puede. ³ *Fatalis virgæ*, del ramo fatal. ⁴ *Quæ per juga*, que iban sentadas en los largos bancos (de remeros). ⁵ *Laxatque foros*, y desocupá los asientos. ⁶ *Alveo*, el hueco ó fondo de la nave, ó la misma nave. ⁷ *Ingentem Æneam*, á Æneas, que con su cuerpo hacia gran peso en el esquife. ⁸ *Sutilis*, de cueros cosidos, mal calafateados. ⁹ *Multam paludem*, muchas aguas. ¹⁰ *Limo informi*, en la ribera cenagosa y verdes ovas. ¹¹ *Colubris*, con culebras ó serpientes. ¹² *Melle soporatam*, le arroja un pedazo de carne confectionada con miel y otros ingredientes, el cual tenia virtud para infundir el sueño...

Amphraysia, llámase Anfrisia de Anfriso, río de Tesalia, donde Apolo pastoreó el ganado del rey Admeto.
Janitor, Cerbero, portero del gran palacio del infierno.
Patrui, de su tío; porque Proserpina era hija de Júpiter, hermano de Pluton.
Erebi, del infierno

Fatalis, dice *fatal* porque era disposicion de los dioses que selamente bajase vivo al infierno aquel que le llevase.

Foros, la quilla y tablas para que se sentaran el héroe y la profetisa.

Alveo, por *alvo*: hay sinéresis.
Colubris, supone aquí el poeta que este monstruo estaba cubierto de sier-

Objicit ille, fame rabidâ tria guttura pandens,
 Cerripit objectam, atque immania terga resolvit
 Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.
 Occupat Æneas aditum, custode sepulto,
 425 Evaditque celer ripam irremeabilis undæ.
 Continuò auditæ voces, vagitus et ingens,
 Infantùmque animæ flentes in limine primo;
 Quos dulcis vitæ exsortes, et ab ubere raptos,
 Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.
 Hos juxta falso damnati crimine mortis.
 430 Nec verò hæc sine sorte datæ, sine iudice, sedes.
 Quæsitior Minos ¹ urnam movet : ille silentùm
 Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit
 Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
 435 Insontes peperere manu, lucemque perosi
 Projecere animas. Quàm vellent æthere in alto ²
 Nunc et pauperiem, et duros perferre labores!
 Fata obstant, tristique palus inamabilis ³ undâ
 Alligat, et novies Styx interfusa ⁴ coerces.
 Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
 440 Lugentes campi; sic illos nomine dicunt.
 Hic, quos durus amor ⁵ crudeli tabe peredit ⁶,
 Secreti celant calles ⁷, et myrtea circùm

¹ *Quæsitior Minos*, Minos, inquisidor ó juez de los delitos, menea el cántaro. ² *Æthere in alto*, en el mundo, en vida. ³ *Palus inamabilis*, de la laguna aborrecible: otros leen *innabilis*, innavigable. ⁴ *Novies Styx interfusa*, la Estigia que les tiene cercados con nueve giros ó nueve veces. ⁵ *Durus amor*, amor incurable. ⁶ *Tabe peredit*, consumió con su cruel veneno. ⁷ *Calles*, se ocultan en retirados valles...

pes en vez de pelo, y que le ceñian las tres gargantas ó cuellos.

Soporatam, esto es, que infundia sueño, porque entraban en la confection la adormidera y otras yerbas.

Offa, pelota á modo de abondiga, compuesta de pan, carne y otros ingredientes; una especie de torta hecha de varios manjares.

Irremeabilis undæ, esto lo dice porque el Can Cerbero á todos dejaba entrar, y á nadie permitia salir.

Quæsitior, se echaban las suertes en el cántaro, ó para ver los jueces lo que habian de sentenciar, ó para que sentenciasen segun el órden con que salian, que esta era la costumbre de los tribunales: otros dos se señalan por jueces del infierno, á saber, Radamanto y Eaco.

Novies, se toma aquí por *scæpius*, bien que *novies* alude á los nueve senes que aquí pone de las ánimas.

Silva¹ tegit. curæ² non ipsâ in morte relinquunt.
 His Phædrum Procrinque locis, mœstamque Eriphylon, 445
 Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
 Evadnenque, et Pasiphaen; his Laodamia
 It comes, et juvenis quondam, nunc femina, Cænis,
 Rursus et in veterem fato revoluta figuram.
 Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido 450
 Errabat silvâ³ in magnâ, quam Troïus heros
 Ut primùm juxta stetit, agnovitque per umbram
 Obscuram, qualem primo⁴ qui surgere mense
 Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam,
 Demisit lacrymas, dulcique affatus amore est : 455
 « Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
 Venerat extinctam, ferroque extremo secutam?
 Funeris, heu! tibi causa sui! Per sidera juro,
 Per superos, et si qua fides tellure sub imâ est,
 Invitus, regina, tuo de littore cessi; 460
 Sed me jusso deùm, quæ nunc has ire per umbras,

¹ *Myrtea silva*, una selva de mirtos ó de arrayanes. ² *Curæ*, los amores. ³ *Errabat silvâ*, andaba errante por la espaciosa selva. ⁴ *Qualem primo*, cual alguno ve ó piensa que ve por entre las nubes la nueva luna al principio del mes...

Silva, por cuanto el arrayan estaba consagrado á Vénus, por eso conviene á los amantes.

Phædrum, Fedra, hija de Minos, mujer de Teseo, que amaba torpemente á su hijastro Hipólito, al cual porque no condescendió con su infame pasión acusó de adúltero, y su padre le quitó la vida. Mas viendo que su falsa acusacion habia dado motivo á esta muerte injusta, se ahorcó ella misma.

Procrin, Prócris, hija de Erecteo, rey de Atenas, á quien su esposo Céfaló traspasó con un dardo cazando en un monte, pensando que era una fiera.

Eriphylon, Erifile, mujer de Anfírao, degollada por su hijo Alcmeon en castigo de haber descubierto á su marido á Polixenes, rey de Tébas (ó

segun otros á Adrasto, que la sobornó con un collar de oro) y de haber sido la causa de que fuese á la guerra de Tébas, donde le tragó la tierra á él y á su carro.

Evadnen, Evadne, hija de Marte, mujer de Capraneo, la cual cuando se celebraban las exequias de su difunto marido se arrojó en la hoguera donde se quemaba su cuerpo.

Pasiphaen, de los amores de Pasifae, véase la nota al v. 24 de este libro.

Laodamia, hija de Acasto, mujer de Protesilao, uno de los principes de Grecia, que fué de los primeros que murieron á manos de Héctor en el desembarco. Mas luego que llegó á su noticia la muerte de su esposo querido, ella se murió de pena.

Cænis, Cénis, hija de Elato, que dos veces mudó el sexo.

Per loca senta¹ situ cogunt, noctem que profundam,
 Imperiis egere suis, nec credere quivi
 Nunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
 Siste gradum, teque aspectu ne subtrahere nostro. 465
 Quem fugis? extremum fato, quod te alloquor, hoc est. »
 Talibus Æneas ardentem et torva tuentem²
 Lenibat³ dictis animum, lacrymasque ciebat
 Illa solo fixos oculos aversa tenebat
 Nec magis incepto vultum sermone movetur, 470
 Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes⁴.
 Tandem corripuit sese, atque inimica refugit
 In nemos umbriferum, conjux ubi pristinus illi
 Respondet curis, æquatque Sychæus amorem.
 Nec minùs Æneas, casu percussus iniquo, 475
 Prosequitur lacrymans longè, et miseratur euntem.
 Inde datum molituriter⁵: jamque arva tenebant
 Ultima, quæ bello clari secreta frequentant.
 Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
 Parthenopæus, et Adrasti pallentis imago. 480
 Hic multum fleti ad superos, belloque caduci⁶,
 Dardanidæ, quos ille omnes longo ordine cernens
 Ingemuit, Glaucumque, Medontaque, Thersilochumque,
 Tres Antenoridas, Cererique sacrum⁷ Polyphœonem,
 Idæumque, etiam currus, etiam arma tenentem 485
 Circumstant animæ dextrâ lævâque frequentes⁸.
 Nec vidisse semel satis est: juvat usque morari⁹

¹ *Per loca senta*, por lugares horrorosos. ² *Torva tuentem*, que le miraba con ojos sañudos, con semblante fiero. ³ *Lenibat*, procuraba serenar. ⁴ *Aut Marpesia cautes*, ó fuera una estatua de mármol pario. ⁵ *Molitur iter*, prosigue su camino. ⁶ *Belloque caduci*, muertos en guerra. ⁷ *Cereris acrum*, sacerdote ministro de Ceres. ⁸ *Animæ frequentes*, gran multitud de almas. ⁹ *Juvat usque morari*, gustan de mirarle muy despacio...

Aspectu, por *aspectui*, dativo con *tracto*.

Lenibat, sincopa de *leniebat*, palabra anticuada.

Marpesius, es un monte de la isla de Páros, de donde se sacaba el mármol. El silencio de Dido es aqui mas elocuente que el mas sentido lenguaje.

Tydeus, Tideo, hijo de Diomedes.

Parténope y Adrasto, tres insignes capitanes de Grecia que murieron en la guerra de Tébas.

Tres Antenoridas, los tres hijos de Antenor troyano, á saber, Polibo, Agenor y Acásuas.

Idæum, Ideo, cochero y armigero del rey Priamo.

Et conferre gradum¹, et veniendi discere causas.
 At Danaum proceres, Agamemnoniæque phalanges²,
 Ut vidère virum, fulgentiaque arma per umbras, 490
 ingenti trepidare metu : pars vertere terga,
 Ceu quondam petiere rates : pars tollere vocem
 Exiguam : inceptus clamor frustratur hiantes.
 Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
 Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, 495
 Ora manusque ambas, populataque tempora³ raptis
 Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares⁴
 Vix adeò agnovit pavitantem, et dira tegentem
 Supplicia, et notis compellat vocibus ultro :
 « Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri, 500
 Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?
 Cui tantum⁵ de te licuit? mihi fama supremâ
 Noctē⁶ tulit fessum vastâ te cædē Pelasgum
 Procubuisse super confusæ stragis acervum.
 Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem⁷ 505
 Constitui, et magnâ Manes ter voce vocavi.
 Nomen et arma locum servant : te, amice, nequivi
 Conspicere, et patriâ decedens ponere terrâ. »
 Atque hæc Priamides : « Nihil o tibi⁸, amice, relictum :
 Omnia Deiphobo solvisti et funeris⁹ umbris. 540
 Sed me fata mea et scelus exitiale Lacænæ.

¹ Et confere gradum, y de acercarse á ellos. ² Agamemnoniæque phalanges, y los batallones de Agamenon (capitán de los Griegos contra Troya). ³ Populata tempora, ambas sienes deformes por haberle cortado las orejas. ⁴ Truncas nares, las narices mutiladas. ⁵ Cui tantum, ¿á quién se le dió facultad de hacer en ti tan cruel carnicería? ⁶ Supremâ nocte, aquella postrera noche en que Troya fué incendiada. ⁷ Tumulum inanem, un túmulo honorario sin tu cuerpo. ⁸ Nihil o tibi, bien sé, ó amigo mio, que no has dejado de cumplir ninguna de las obligaciones de amigo verdadero. ⁹ Funeris, á mis manes, á mi alma...

Utque, por diu.

Phalanx, propiamente era un escuadron de Macedonios que constaba de ocho mil infantes; aquí se toma por cualquier escuadron o multitud.

Deiphobum, Deifobo, hijo de Priamo y de Hécuba, marido de Helena despues de la muerte de París.

De te, por in te.

Nomen, conmutacion, en vez ocus servat nomen et arma.

Te, amice, en te hay dialecto, y se abrevia segun costumbre de los Griegos.

Priamides, Delfobo.

Lacænæ, do Helena lacedemonia,

His mersere malis : illa hæc monumenta reliquit.
 Namque, ut supremam falsa inter gaudia noctem
 Egerimus, nôsti : et nimiùm meminisse necesse est
 Cum fatalis equus saltu super ardua venit¹ 515
 Pergama, et armatum peditem gravis² attulit alvo
 Illa, chorum simulans, evantes orgia³ circum
 Ducebat Phrygias : flammam⁴ media ipsa tenebat
 Ingentem, et summâ Danaos ex arce vocabat.
 Tum me, confectum curis somnoque gravatum, 520
 Infelix habuit thalamus, pressitque jacentem
 Dulcis et alta quies, placidæque simillima morti⁵
 Egregia⁶ interea conjux arma omnia tectis
 Emovet, et fidum capiti⁶ subduxerat ensem :
 Intra tecta vocat Menelaum, et limina pandit. 525
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
 Et famam exstingui veterum sic posse malorum.
 Quid moror? irrumpunt thalamo : comes additus unâ
 Hortator scelerum Æolides. Di, talia Graiis
 Instaurate⁷, pio si pœnas ore reposco 530
 Sed te qui vivum casus, age, fare vicissim,
 Attulerint? Pelagine venis erroribus actus,
 An monitu divum, an quæ te fortuna fatigat,
 Ut tristes sine sole domos, loca turbida, adires? »
 Hac vice⁸ sermonum roseis⁹ Aurora quadrigis 535
 Jam medium æthereo cursu trajecerat axem,

¹ Saltu venit, saltó por las murallas. ² Gravis, llevó su vientre lleno. ³ Orgia, fiestas trietéricas ú orgias. ⁴ Flammam, una grande hacha encendida con la que hizo señal á los Griegos. ⁵ Egregia, mi noble esposa. ⁶ Capiti, de la cabecera. ⁷ Instaurate, dad otros tantos castigos. ⁸ Hac vice, entre estas demandas y respuestas. ⁹ Roseis, ya habia pasado a aurora la mitad del cielo en su carro tirado de cuatro caballos de color de rosa...

que se hizo célebre por el robo de París.

Evantes, Bacantes, sacerdotisas de Baco, del nombre Evan con que celebraban á Baco.

Vocabat, convidaba á que asaltaran á Troya, y fué infame traidora.

Egregia, habia acennamente.

Æolides, Ulises, nieto de Eolo

Roseis, perifrasis poética, que vale tanto como decir, ya era mas del medio dia. Donde se debe notar que solo se concedia el espacio de dos noches y un dia para esta jornada. Eneas habia empleado toda la noche precedente en los sacrificios, entró en el infierno con la Sibila al amanecer del dia siguiente, y así ya no le quedaba

Et fors omne datum traherent per talia tempus :
 Sed comes admonuit, breviterque affata Sibylla est :
 « Nox ruit, Ænea; nos flendo ducimus horas.
 Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas . 541
 Dextera, quæ Diis magni sub mœnia tendit;
 Hæc iter Elysium nobis; at læva molarum
 Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit. »
 Deiphobus contrâ : « Ne sævi¹, magna sacerdos :
 Discedam², explebo numerum, reddarque tenebris. 545
 I decus, i, nostrum; melioribus utere fatis. »
 Tantum effatus, et in verbo³ vestigia torsit.
 Respicit Æneas subito, et sub rupe sinistrâ
 Mœnia lata videt, triplici circumdata muro;
 Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis 550
 Tartareus Phlegeton, torquetque sonantia saxa.
 Porta adversa ingens, solidoque⁴ adamante columnæ;
 Vis ut⁵ nulla virum, non ipsi excindere ferro
 Cœlicolæ valeant : stat ferrea turris ad auras;
 Tisiphoneque sedens, pallâ succincta⁶ cruentâ, 555
 Vestibulum exsomnis servat noctesque diesque.
 Hinc exaudiri gemitus, et sæva sonare
 Verbera : tum stridor ferri, tractæque catenæ.
 Constitit Æneas, strepitumque exterritus hausit⁷
 « Quæ scelerum facies, o virgo, effare; quibusve 560

¹ Ne sævi, no te enojos. ² Discedam, yo me iré, y completaré mi número; ó yo iré para completar el número de años de purgatorio ó expiación de mis delitos. ³ In verbo, y hablando volvió la espalda y se fué. ⁴ Solidoque, y sus columnas son de diamante duro. ⁵ Vis ut, que ninguna fuerza humana ni aun divina basta á romperlas. ⁶ Pallâ succincta, puesta en cinta su ropa ensangrentada. ⁷ Hausit, oyó el estruendo...

mas tiempo que una tarde y una noche para conversar con su padre, objeto unico de su viaje. Asi que Aurora aqui significa el dia.

Sacerdos, sacerdotisa.

Discedam, segun Platon estaba señalado cierto numero de años para que las almas expiasen sus pecados, antes que pudiesen informar otros cuerpos.

Adamante, no eran para adorno, sino para expresar la fortaleza. Asi el proverbio : mas duro que el diamante

Virum, por virorum, no se refiere al sexo, sino al valor. Asi Ciceron : Virum res illa quærebát.

Succincta, como en ademan de valar y castigar.

Pallâ, vestido talar de mujer á modo de bata ó manto

Urgentur pœnis? Qui tantus plangor ad auras?»
 Tum vates sic orsa loqui : « Dux inclyte Teucrum,
 Nulli fas¹ casto sceleratum insistere limen ;
 Sed me, cum lucis Hecate præfecit Avernis,
 Ipsa deum pœnas docuit, perque omnia duxit. 565
 Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna,
 Castigatque, auditque dolos; subigitque² fateri,
 Quæ quis apud superos, furto lætatus inani³,
 Distulit⁴ in seram commissa piacula mortem
 Continuo sontes ultrix accincta⁵ flagello 570
 Thisiphone quatit insultans, torvosque sinistrâ
 Intentans angues, vocat agmina⁶ sæva sororum.
 Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
 Panduntur portæ: cernis⁷ custodia qualis
 Vestibulo sedeat? facies quæ limina servet? 575
 Quinquaginta⁸ atris immanis hiatibus Hydra
 Sævior intus habet sedem : tum⁹ Tartarus ipse
 Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,
 Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.
 Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, 580
 Fulmine dejecti, fundo volvuntur in imo.
 Hic et Aloidas geminos, immania vidi
 Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
 Aggressi, superisque Jovem detrudere regnis.

¹ Nulli fas, ningún hombre justo puede pisar los umbraes de los condenados. ² Subigitque, y compele á confesar. ³ Furto inani, los delitos ocultos. ⁴ Distulit, dilató purificarse de su pecados. ⁵ Accincta, armada de un crudo azote. ⁶ Agmina, llama en su favor al escuadron de las crueles compañeras. ⁷ Cernis, ¿ves (prosigne la Sibila) qué tal compañía de guardia está sentada en el umbral? ¿qué vision guarda la entrada? ⁸ Quinquaginta, con cincuenta bocas siempre abiertas. ⁹ Tum, demas de esto, el infierno tiene de hondo y baja hácia sus infernales cavernas dos tantos mas que el cielo dista de la tierra, ó el infierno del cielo, etc...

Agmina, aunque eran tres las principales furias, tenían no obstante otras muchas en calidad de sirvientas.

Hydra, véase Hércules.

Aloidas, Oto y Efáltes, hermanos mellizos, hijos putativos del gigante Alois, pero en la realidad de Neeluno

y de Efimedia. Estos á los nueve años de su edad tenían nueve codos de ancho y nueve varas de alto, segun dice Homero. Pretendieron escalar el cielo con los gigantes, y Apolo les quitó la vida antes de llegar á la púbertad, ó antes de los catorce años.

Vidi et crudeles dantem Salmonea pœnas, 585
 Dum flammæ Jovis et sonitus imitatur Olympi.
 Quatuor¹ hic invectus equis, et lampada² quassans,
 Per Graiùm populos, mediæque per Elidis urbem
 Ibat ovans, divùmque sibi posebat honorem :
 Demens ! qui nimbos, et non imitabile fulmen 590
 Ære et cornipedum pulsu simulârat equorum.
 At pater omnipotens densa inter nubila telum
 Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis
 Lumina præcipitemque immani turbine adegit.
 Necon³ et Tityon, Terræ⁴ omniparentis alumnum, 595
 Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus
 Porrigitur, rostroque immanis vultur obunco
 Immortale⁵ jecur tendens, fecundaque pœnis
 Viscera, rimaturque⁶ epulis, habitatque sub alto
 Pectore; nec fibris requies datur ulla renatis. 600
 Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?
 Quos super atra silex⁷ jam jam lapsura, cadentique
 Imminet assimilis : lucent genitalibus⁸ altis
 Aurea fulera⁹ toris, epulæque ante ora paratæ
 Regifico luxu. Furiarum maxima juxta 605
 Accubat, et manibus prohibet contingere mensas;
 Exsurgitque facem attollens, atque intonat ore.

¹Quatuor, en su carroza tirada de cuatro caballos. ²Lampada, teas encendidas. ³Necon, allí era ver también á Ticio tan alto de cuerpo, que cuando se echaba ocupaba nueve fanegas de tierra. ⁴Terræ, hijo de la Tierra, que produce todas las cosas. ⁵Immortale, que no perece. ⁶Rimaturque, y se apacienta de sus entrañas (se le suple viscera). ⁷Atra silex, un negro peñon. ⁸Genitalibus, lechos magníficos, suntuosos. ⁹Aurea fulera, los piés con que se sostenían los lechos donde se recostaban á comer eran de oro...

Salmonea, Salmoneo, hijo de Eolo, rey de la Elide, que caminando en su carroza por un puente de metal, y arrojando hachas encendidas contra sus vasallos, pretendía los honores debidos á Júpiter tronador. Por eso Júpiter le quitó la vida con un rayo.

Mediæque per Elidis, por mediamque Elidis urbem, por medio de Elis (Elide, hoy Belvedere).

Immortale, porque todos los días

renacía, tanto para su tormento, como para pasto de estas crueles aves.

Pirithoum, hijo de Ixion, amigo íntimo de Teseo, en cuya compañía fué á robar á Proserpina, y le maló el Can Cerbero.

Genitalibus, se deriva de *Genius*, dios de los convites; de aquí es que *indulgere Genio* es regalarse, darse á buena vida, seguir sus inclinaciones y deseos.

Hic, quibus¹ invidi fratres, dum vita manebat
 Pulsatusve parens, et fraus innexa clienti;
 Aut qui divitiis soli incubere repertis, 610
 Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est;
 Quique ob adulterium cæsi; quique arma² secuti
 Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
 Inclusi pœnam, exspectant. Ne quære doceri
 Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunave mersit. 615
 Saxum³ ingens volvunt alii, radiisve rotarum
 Districti pendent: sedet, æternùmque sedebit
 Infelix Theseus; Phlegyasque miserimus omnes
 Admonet, et magnâ testatur voce per umbras:
 Discite⁴ justitiam moniti, et non temnere divos. 620
 Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
 Imposuit, fixit leges⁵ pretio atque refixit.
 Hic thalamum invasit natæ, vetitosque hymenæos.
 Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
 Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum, 625
 Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
 Omnia pœnarum percurrere nomina possim. »

¹Hic, quibus, aquí están (esto es, en el infierno) .os que aborrecieron á sus hermanos en la vida, y los que fueron parricidas, y los que engañaron á sus clientes) esto es, los que se comieron las haciendas á los menores que estaban bajo de su tutela). ²Quique arma, y los que tomaron las armas contra su patria. ³Saxum, otros suben á brazo un gran peñasco por una montaña. ⁴Discite, aprended á obrar bien á vista de tantos escarmientos, y tened reverencia á los dioses. ⁵Fixit leges, estableció unas leyes y quitó otras incitado de la avaricia...

Nec partem, habla aquí de los que todo lo miden por su interés y provecho.

Arma impia, son las guerras civiles.

Saxum, en estas palabras da á entender á Sisifo, hijo de Eolo, insigne ladrón, condenado en el infierno á subir un gran peñon hasta la cima de un monte, que llegando á la cumbre volvía á caer, y tenía el infeliz que volver á empezar su tarea.

Radiisque, da á entender Ixion

Phlegyasque, el desdichado Phlegias, hijo de Marte y de la ninfa Co-

ronide, padre de Ixion, rey de los Lapitas en Tesalia, el que dicen quemó el templo de Apolo en venganza de haber violado este á su hija; pero Apolo le mató con un rayo, y le arrojó al infiernor

Discite, bella sentencia.

Hic, un condenado (no determine euál).

Dominum, tirano.

Fixit, metonimia; las leyes las grabó en tablas.

Hic thalamum, Tiestes, padre de Egisto.

Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæva sacerdos
 « Sed jam age, carpe viam, et susceptum perſice munus¹,
 Acceleremus, ait: Cyclopum educta caminis² 630
 Mœnia conſpicio, atque adverso fornice portas,
 Hæc ubi nos præcepta jubent deponere dona. »
 Dixerat, et pariter, gressi per opaca viarum,
 Corripiunt spatium medium, foribusque propinquant.
 Occupat Æneas aditum, corpusque recenti³ 635
 Spargit aquâ, ramumque adverso in limine figit.
 His demum exactis, perfecto munere divæ,
 Devenere locos lætos⁴ et amœna vireta
 Fortunatorum nemorum, sedesque⁵ beatas. 640
 Largior hic campos æther et lumine vestit
 Purpureo, solemque suum, sua sidera nôrunt.
 Pars in gramineis exercent membra palæstris,
 Contendunt ludo, et fulvâ luctantur arenâ:
 Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.
 Necnon Threïcius longâ cum veste⁶ sacerdos 645
 Obloquitur⁷ numeris septem discrimina vocum;
 Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.
 Hic genus antiquum Teucrici, pulcherrima proles,
 Magnanimi heroes, nati melioribus annis,
 Illusque, Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor. 650
 Arma procul, currusque virûm miratur inanes.

¹Perſice munus, cumple con lo que te mandaron los dioses (esto es, presenta el ramo de oro á Proserpina). ²Educta caminis, ya veo el palacio de Pluton y Proserpina que los Ciclopes fabricaron, y las puertas arqueadas enfrente. ³Recenti, y rociase con agua viva ó fresca. ⁴Locos lætos, á los campos alegres (esto es, á los campos Eliseos deliciosísimos). ⁵Sedesque, á las moradas de los bienaventurados, ó los campos Eliseos. ⁶Longa cum veste, con su vestido talar (propio de los sacerdotes y de los grandes poetas). ⁷Obloquitur, canta, y toca al mismo tiempo su cítara de siete cuerdas, ó con siete diferencias de voces, y unas veces toca con los dedos, otras con su plectro de marfil...

Spargit, no porque estuviese manchado, sino por guardar esta sagrada seremonia.

Septem, esta cítara tuvo despues nueve cuerdas en honor de las nueve Musas.

Pectine, este fué de várias formas: ahora se puede aplicar á la pluma con que se tañe la cítara ó el arco de cerdas con que se toca el violin; con la derecha tocaba el plectro, con la izquierda las cuerdas de la cítara.

Stant terrâ defixæ hastæ, passimque soluti
 Per campos pascuntur equi: quæ gratia¹ currûm,
 Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes 655
 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos².
 Conspicit ecce alios dextrâ lævâque per herbam
 Vescentes, lætumque choro Pæana canentes.
 Inter odoratum lauri nemus: unde supernè.
 Plurimus³ Eridani per silvam volvitur amnis.
 Hic manus⁴, ob patriam pugnando vulnera passi; 660
 Quique sacerdotes casti, dum vita manebat;
 Quique pii vates, et Phœbo digna locuti;
 Inventas aut qui vitam excoluere per artes;
 Quique sui⁵ memores alios fecere merendo;
 Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ. 665
 Quos circumfusos sic est affata Sibylla,
 Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
 Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis:
 « Dicite, felices animæ, tuque, optime vates,
 Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo 670
 Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes. »
 Atque huic responsum paucis ita reddidit heros⁶:
 « Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,
 Riparumque⁷ toros, et prata recentia rivis 675
 Incolimus; sed vos, si fert ita corde voluntas,
 Hoc superate jugum, et facili jam tramite sistam. »

¹Quæ gratia, la misma afición que tuvieron acá miéntras vivieron. ²Repostos, despues de muertos. ³Plurimus, el caudaloso río Eridano. ⁴Hic manus, aquí vió una gran multitud de aquellos que peleando por su patria recibieron mortales heridas. ⁵Quique sui, y los que haciendo bien dejaron memoria de su nombre. ⁶Heros, Museo responde brevemente á la Sibila de este modo. ⁷Riparumque, y vivimos en las riberas herbosas y prados floridos siempre con la corriente de la aguas...

Repostos, por repositos, Pæana, acusativo griego. Himno que se cantaba en honra de Apolo despues de conseguida la victoria.

Eridani, el Po, el cual se oculta debajo de tierra, y brota despues otra vez.

Musæum, Museo, discipulo de Or-

feo, inventor del verso heroico, de los que escribió al pié de cuatro mil á su hijo Eumolpo: florecio en el reinado de Cécrope II, rey de Atenas. Este y Orfeo fueron mas antiguos que el insigne Homero, y por eso no hace mención aquí de él Virgilio.

Dixit, et antè tulit gressum, camposque nitentes
Desuper ostentat; dehinc summa¹ cacumina linquunt.

At pater Anchises penitus convalle virenti
Inclusas animas, superumque² ad lumen ituras, 680
Lustrabat³ studio recolens, omnemque suorum
Fortè recensebat numerum, carosque nepotes,
Fataque, fortunasque virùm, moresque, manusque⁴
Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Æneam, alaeris palmas utrasque tetendit; 685
Effusæque genis lacrymæ, et vox excidit ore :
« Venisti tandem, tuaque spectata parenti
Vicit iter durum pietas! datur ora tueri,
Nate, tua, et notas audire et reddere voces!
Sic equidem ducebam animo⁵, rebarque futurum, 690
Tempora dinumerans; nec me mea cura⁶ fefellit.
Quas ego te terras, et quanta per æquora vectum
Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent! »
Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago, 695
Sæpius occurrens, hæc lumina tendere adegit.
Stant sale Tyrreno⁷ classes; da jungere dextram,
Da, genitor, teque amplexu ne subtrahere nostro. »
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat. 700
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
Ter frustra comprehensa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique simillima somno
Interea videt Æneas in valle reductâ
Seclusum nemus, et virgulta sonantia silvis, 705
Lethæumque, domos placidas qui prænatat a mnem
Hunc circum innumeræ gentes populique volabant.
Ac veluti in pratis, ubi apès æstate serenâ

¹ Summa, despues dejando la alta cumbre bajan á una llanura.
² Superumque, que habian de ir á ilustrar el mundo. ³ Lustrabat, andaba en torno de ellas muy atento y cuidadoso (esto es, velaba sobre ellas diligente). ⁴ Manusque, y sus hazañas ó hechos heróicos.
⁵ Sic ducebam animo, así lo esperaba yo de ti. ⁶ Nec me mea cura, y no me salieron vanas mis esperanzas. ⁷ Sale Tyrreno, en el mar de la Toscana...

Amplexu por amplexui, y hay apócope; ó por ex amplexu nostro, y hay elipsis.

Floribus insidunt variis, et candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmur campus.
Horrescit visu subito, causasque requirit 710
Inscius Æneas, quæ sint ea¹ flumina porrò,
Quive viri tanto complèrint agmine ripas.
Tum pater Anchises: « Animæ, quibus altera fato
Corpora² debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices et longa oblivia potant³. 715
Has equidem memorare tibi atque ostendere coràm,
Jampridem hanc prolem cupio enumerare tuorum,
Quò magis Italiâ mecum lætere repertâ. »
« O pater, anne aliquas ad cælum⁴ hinc ire putandum est
Sublimes⁵ animas, iterumque in tarda reverti 720
Corpora? Quæ lucis⁶ miseris tam dira cupido? »
« Dicam equidem; nec te suspensum, nate tenebo; »
Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
« Principio cælum ac terras, camposque liquentes⁷,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra⁸ 725
Spiritus intus alit⁹, totamque infusa per artus
Mens agitat molem¹⁰, et magno se corpore miscet.

¹ Quæ sint ea, qué rio era aquel que veía á lo léjos. ² Quibus altera corpora, que deben animar nuevos cuerpos. ³ Securos latices potant, beben con seguridad. ⁴ Ad cælum, al mundo ó á la tierra.
⁵ Sublimes, de un varon ilustre. ⁶ Lucis, de la vida, en la que padecieron tan crueles penas. ⁷ Campos liquentes, campos cristalinós, los mares. ⁸ Titaniaque astra, el sol y las estrellas. ⁹ Spiritus intus alit, anima un espíritu divino. ¹⁰ Mens agitat molem, una mente mueve la máquina del mundo (esto es, Dios)...

Porrò, es adverbio tomado del griego. Eneas era jóven aun, y por esta razon le pone el poeta léjos del Leteo.

Altera, en esta ocasion adopta Virgilio la errada opinion de la metempsicosis ó trasmigracion de las almas, como buen pitagórico y platónico.

Potant, porque se les borra la memoria de los males y bienes pasados: metonimia.

Opater, usa el poeta del tono dramático para picar con la variedad el gusto y la atencion.

Cælum, llama aqui cielo, respecto del infierno, que está en su centro.

Lucis, no se podia persuadir Eneas que el alma de un varon ilustre, libre ya de la cárcel del cuerpo, volviera otra vez al cuerpo mortal. Y con razon se maravillaba de la doctrina pitagórica, y se le hacia increíble, porque en efecto lo es.

Principio, hace digresion á un lugar filosófico, es á saber: que Dios es el alma del mundo, segun la opinion de los platónicos. Empieza por los cuatro elementos, pero de distinto modo que los demás, porque divide la esfera en dos partes: al cielo le asigna dos elementos, aire ó fuego, y